

*(Extrait de la Circulaire du 15 Février 1867.)*

“Cum autem tales associationes periculo non careant, sive erga publicam quietem, sive erga fidem aut mores individuorum, pastores et confessarios monemus ut subditos suos ab iis, quantum fieri poterit, hortationibus et consiliis avertant. Nulli tamen socio deneganda erunt sacramenta ecclesiae, dummodo sequentes condiciones se observaturum promittat :

1° Ut paratus sit talem societatem derelinquere statim ac Sancta Sedes, vel Ordinarius, eam condemnaverit ;

2° Ne, sub pretextu mutuae tutelae ac iuvaminis, quidquam admittatur quod sectis damnatis faveat, aut inducat periculum turbarum aut eedum, vel tandem justitiae leges quovis modo laedat ;

3° Ut omnino abstineat a iurejurando per quod sese obligaret ad obtemperandum quibuscumque jussionibus aut legibus Rectorum Societatis, vel ad tale secreti foedus ut, neque etiam interrogante legitima potestate, violari impune possit.”